

Psalmus

Incipit Tractatus de ps. LXXVIII.

Drefatio.

In titulo psalmi huius tam breui et simplici imorandum esse non puto. Prophetia vero quam hic premissam legimus: evidenter scimus implentam. Cum enim ista canerent temporibus regis David: nihil tale adbuc contigerat ex aduersitate gentium ciuitati hierusalem: nec templo dei: quod nec edificatum adhuc erat. Post mortem quippe David filium eius Salomonem deo templum fecisse quis nesciat. Bicis ergo tanquam preteritum: quod in spiritu videbat futurum.

Expositio psalmi.

Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: Quia loquendi consuetudine etiam illud est prophetatum de domini passione: Sederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto: et alia que in eodem psalmo: ventura velut facta narrant. Nec illud mirandum est quod deo ista dicunt. Non enim nescienti indicantur quo reuelante presciuntur: sed amat cum deo loqui pietatis affectu que nouit deus. Nam et angeli que hominibus nunciant: nescientibus nunciant: que autem deo nunciant: scienti nunciant: quando illi offerunt orationes nostras: et ineffabili modo de actibus suis eternam veritatem tanquam legem incolumitabilem consulunt. Et iste ergo homo dei dicit deo: quod discat a deo tanquam discipulus magistro non ignorantis: sed iudicanti: ac sic aut approbat quod docuit: aut quod non docuit reprehendenti: maxime quia specie presenti prophetia eos in se transfigurat qui tunc futuri essent: quando ista veniebat. Solent autem in oratione dici deo que vindicans fecerint: et adiungi petitio: ut iam misereatur et parcat. Hoc modo et hic dicunt a quo predicunt: tanquam ab eis dicant quibus acciderunt: et ipsa deploratio atque predicatione prophetatio est. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam. Venerunt templum sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiā. Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus celo: carnes sanctorum tuorum bestiis terre. Effuderunt sanguine eorum sicut aquam in circuitu hierusalem: et non erat qui sepeliret. Si in ista prophetia quisque nostrum eam vastationem hierusalē intelligendā putauerit: que facta est a Lito imperatore ro-

LXXVIII.

mano cuius iam dīs Jesus christus post resurrectionem et ascensionem suam predicaret in gentibus: non mihi occurrit quomodo dici potuerit: iam ille populus hereditas dei non tenens christū: quo reprobato et occiso factus est reprobis: qui in eum nec post eius resurrectionem credere voluit: et insuper martyres eius occidit. Ex illo enim populo israel quicunque in christū crediderunt: quibus facta est christi presentatio: et quodāmodo pmissi redditio salubris atque fructuosa: de quibus et ipse dominus dicit: Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel: Ipsi ex illis sunt filii permissionis: ipsi deputantur in semine: ipsi pertinent ad hereditatem dei. Hinc fuit Joseph homo iustus: et virgo Maria que peperit christū: Hinc Iohannes baptista amicus spōsi et parētes eius Zacharias et Elizabeth. Hinc Symeon senex et Anna vidua: qui christū nō loquenter sensu corporis audierunt: sed adhuc infantem non loquenter: spiritu cognoverunt: Hinc beati apostoli: Hinc Mathnael in quo dolus nō erat. Hinc aliis Joseph qui expectabat etiā ipse regnum dei. Hinc tanta illa multitudo que procedebat et sequebatur iumentū eius dicens: Benedictus qui venit in nomine domini: In qua erat et congregatio puerorum: in quibus dixit impletum: Ex ore infantū et lactētiū perfecisti laudem. Hinc etiam illi post eius resurrectionem quā die uno triamilia: et alio quinqū milia baptizata sunt in aīaz vñā: et cor vñū conflati caritatis igne: quorum nemo dicebat aliquid propter: sed erant illis omnia communia. Hinc sancti dyaconi quorum Stephanus ante apostolos martyrio est coronatus. Hinc tote ecclesie Judee que in christo erant: quibus erat facie Paulus ignotus. Notus autem seuicia famosissima: sed notior christi misericordissima gra. Hic et ipse sum premissam de se prophetiam: Lupus rapax mane rapiens: et ad vesperū diuidēs escas: id est prius rapiens persecutor ad mortem: postea pascens predicator ad vitam. Hie erant ex illo populo hereditas dei. Unde ait et ipse minimus apostolorum doctor gentium. Bico ergo: nunquid deus repulit plebem suam? Absit. Nam et ego israelita sum ex semine israel: tribu Benjamin: non repulit deus plebem suam quam prescivit. Hec plebs que ex illa gente christi corpori accessit: hereditas dei est. Nam quod ait apostolus: Non repulit deus plebē suam

Psalmus

quam presciuit: illi psalmo utiq̄ respōdet:
vbi scriptum est: Quoniam non repellet do-
minus pletem suam. Ibi autem sequit: Et
hereditatem suam nō derelinquet: vbi eui-
denter appetet: talem plebem esse heredita-
tem dei. Ut enim hoc diceret et apostolus su-
pra cōmemorauerat prophetum testimoni-
um de pñuciata futura incredulitate po-
puli israel: Tota die expandi manus meas
ad populum non credentem et contradicē-
tem. Hic ergo ne quisq̄ male intelligens
vniuersum illum populi criminis incredu-
litatis et contradictionis arbitretur esse dam-
natū: continuo subiecit: Bico ergo: Num
quid reppulit deus plebem suā? Absit. Nā
et ego israelita sum ex genere isrl: tribu Bē.
iamin. Hic ostendit quam plebem dixerit:
utiq̄ populi prioris: quā si totā deus rep-
pulisset atq̄ dannasset: non utiq̄ ipse chri-
sti esset apostol? Israelita ex semine Abra-
am: tribu Beniamin. Adhibet autē valde
necessarium testimoniu dicēns: An nescit
in ḥelia quid dicit scriptura: Quē admo-
dum interpellat tecum aduersus israel: Bo-
mine p̄bctas tuos occiderunt: altaria tua
suffoderunt: et ego relictus sum solus et que-
runt animam meam. Sed quid dicit illi re-
sponsu diuinū? Reliqui mibi septem mi-
lia virorum: qui nō curuauerūt genua sua
ante Baal. Sic ergo et in tempore hoc re-
liquie per electionē gratie salue facte sunt.
Iste reliquie sunt ex illa gente hereditas
dei: nō illa de quibus paulopost dicit: Ce-
teri vō excecati sunt. Bico enim ait. Quid
ergo? Quod querebat israel: hoc nō est cō-
secutus. Electio autē consecuta est: ceteri
vō excecati sunt. Ista igitur electio: iste re-
liquie: ista plebs dei quaꝝ non reppulit de?:
hereditas eius dicit. In illo autem israel q̄
hoc non ē consecut⁹: b̄ illis ceteris exceca-
tis non erat iam hereditas dei: de qua dici
posset post christi in celis glorificationē tē-
pore Titi imperatoris: Deus venerūt gen-
tes in hereditate tuam: et cetera que illius
populi et templi et ciuitatis vastatione: vide
tur in hoc psalmo esse predicta. Proinde
aut ea debemus intelligere que s̄:cta sunt
ab alijs hostibus anteꝝ christus venisset i
carne. Non em erat alia tunc hereditas dei
vbi et p̄bete sancti erant: quādo facta est
transmigratio i babyloniā: grauitq; gens
illa vastata est: et sub antiocho etiā macha-
bei horrenda perpessi glorioſissime corona-
ti sunt: ea quippe dicta sunt in hoc psalmo

LXXVIII.

que solent fieri etiā strage belloꝝ: Aut cer-
te si post resurrectionē et ascensionē domini
acciēda ē: b̄ cōmemorata hereditas dei:
ea sunt intelligenda que a cultoribus ido-
loruꝝ et inimicis nominis christi ecclesia ei⁹
in tanta martyruꝝ numerositate perpessa ē.
Dīc enim asaph synagoga interpretet q̄
est congregatio: idq̄ nomen vñitatiū inse-
derit genti iudeorū: tamen et ecclesiā istam
posse dici congregatiō: et illum veterem
populi dictū esse ecclesiā: iam in alio psal-
mo satis apteq̄ monstrauimus. Hec igit̄
ecclia: b̄ hereditas dei ex circūcisione et pre-
putio cōgregata est: id est ex populo isrl:
et ex ceteris gentibus per lapidem quē re-
probauerūt edificantes: et factus est in ca-
put anguli: i quo angulo tanq̄ duo parie-
tes de diuerso venientes copularent: Ip̄e ē
enim pax nostra qui fecit utraq; vnum: vt
duos conderet in se: i vnuꝝ nouū hominē:
facies pacem et coadunaret utrosq; in uno
corpo deo: in quo corpore sumus filii dei
clamantes: abba pater: Abba ppter illorū
linguam: pater ppter nostram. Hoc enim
est abba qđ pater. Unde domin⁹ qui dixit:
Non suꝝ missus: nisi ad oues que perierūt
domus israel: ostendens illi genti redditaz
p̄sentie ip̄ius p̄missionem: ait tamē alio lo-
co. Habeo alias oues que non sunt ex hoc
ouili: oportet me et ip̄as adducē: vt sit vñ⁹
grex: et vñus pastor: gentes significans q̄s
erat adducturus: nō quidē per suā p̄sentia
corporalē: vt illud verum sit: Nō sum mis-
sus nisi ad oues que perierunt dom⁹ israel.
Sed tamē per euangelū suum qđ erāt dis-
seminaturi speciosi pedes annūciantū pa-
cem: annūciantū bona. In omnē terrā
exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre
verba eorum. Hinc et apostolus ait: Bico
ergo christū munistrū fuisse circūcisionis p̄
pter veritatem dei ad cōfirmandas p̄mis-
siones patrum. Ecce qđ est: Non sum mis-
sus nisi ad oues q̄ perierunt domus israel.
Ecce subiungit apostol⁹: Gentes autem
super misericordiā glorificare deum. Ecce
qđ est: Habeo alias oues que nō sunt de b̄
ouili: oportet me et ip̄as adducē: vt sit vñ⁹
grex et vñus pastor. Quod utraq; breuiter
dictum est in eo qđ de p̄phetia: idem apo-
stolus cōmemorat: Letamini gentes cum
plebe eius. Iste ergo vñus grex sub pasto-
re uno hereditas dei est: non solum patris
sed etiam filij. Nā filij vox est: Funes ceci-
derūt mihi in p̄claris: etenī hereditas mea

Psalmus

þclara est mihi: et ipsius hereditatis vox est apud prophetam: Bonum deus noster posse nos. Hanc hereditatem non mories pater filio reliquit: sed ipse filius eam sua morte mirabiliter acquisiuit: cum resurrectione possedit. Si ergo de hac intelligendum est quod in psalmi huius prophetia canitur: Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: ut venisse gentes accipiamus in ecclesia non: credendo: sed persequendo: id est eam inuasisse voluntate delendi atque oino perdidi: sicut tot persecutionum exempla monstrarunt: operat ut quod sequitur: Polluerunt templum sanctum tuum: non in lignis et lapidibus: sed in ipsis intelligat hominibus: de quibus tantum lapidibus viuis construi dicit apostolus Petrus: dominus dei. Unde et apostolus Paulus apertissime: templum inquit dei sanctum est quod estis vos. Hoc itaque templum persecutores in his ictibus polluerunt: quos ad negligendum christum: terrendo vel cruciando coegerunt: atque ut ab idolis supplicaret vehementer instando fecerunt: quorum multos penitentia repauit: atque ab illa inquisitione mundavit. Penitentis enim vox est: Et a delicto meo munda me: et cor mundum crea in me deus: et spiritum rectum inoua in viscibus meis. Nam vero quod sepuit: Posuunt hierusalem in pomorum custodiam: et ipsa ecclesia hoc nomine recte intelligit: hierusalem libera mater nostra: de qua scriptum est: Letare sterilis que non paris: erumpere et exclama que non parturis: quoniam multi filii deserterunt magis quam eius que habet virum. In custodia pomorum: quod dictum est: desertonem intelligendam existimo: quam fecit vastitas persecutionum velut custodia pomorum: quia deserunt pomorum custodie cum poma transierit. Et certe quando gentilibus persequentibus: ecclesia deserta visa est: in celestem melam spiritus martyrum: tandem de horto dominico multa et suauissima poma transierunt. Posuerunt inquit morticina servorum tuorum: escam volatilibus celis: carnes sanctorum tuorum bestiis terre. Quod dictum est: morticina: hoc repetitum est carnes: et quod dictum est: seruorum tuorum: hoc repetitum est: sanctorum tuorum: Illud tamenmodo variatum est: volatilibus celis et bestiis terre. Nihil sane interpretati sunt qui morticina posuerant: quod sicut quidam mortalia. Morticina enim non dicunt nisi mortuorum: mortalia vero etiam viuorum corporum nomine est.

LXXVIII.

Cum ergo sicut dixi ad agricolam suis spectatus martyrum velut poma transiissent: morticina eorum et carnes eorum posuerunt volatilibus celis et bestiis terre: quasi quicquid eorum resurrectioni depiret. Ex occultis nature sinibus totum reintegraf ab illo cui et capilli capitl nra numerati sunt. Effuderunt sanguinem eorum sicut aquam: id est abundanter et viler in circuitu bierusaleni. Si hierusalem terrenam urbem hic accipimus: eorum sanguinem intelligimus effusum in circuitu eius: quos hostes extra muros reperire potuerunt. Si autem bierusale illam intelligimus: de qua dictum est: Multo filii deserterunt magis quam eius que habet virum: circuitus eius est per universam terram. In ea quippe lectione prophetica ubi scriptum est: Multo filii deserterunt magis quam eius que habet virum: paulopost ei dicit: Et qui eruit te deus israel universae terre vocabit. Circuitus ergo huius bierusaleni in hoc psalmo intelligendus est: quousque tunc fuerat eadem ecclesia dilatata: fructificans et crescens in universo mundo. Quoniam in omni parte eius persecutio seiebat: et martyrum strage quorum sanguis sicut aqua effundebat: cum magnis lucris thesaurorum celestium faciebat. Quod vero adiunctum est: et non erat qui sepeliret: aut non incredibile debet videri tam magnum in aliquibus locis fuisse terrorem ut sepultores sanctorum corporum nulli prouersus existerent: aut certe quia insepulta cadavera in multis locis diu iacere potuerunt: donec a religiosis quodammodo surata sepelirentur. Facti sumus: inquit: opprobrium vicinis nostris: Ideo preciosa non in conpectu hominum a quibus hoc erat opprobrium: sed in conspectu domini mors sanctorum ei. Subsannatio et irrisio: Uel ut alia lta. quidam interpretati sunt. Illusio et eis ibis. qui in circuitu nostro sunt. Repetitio est sententie superiores. Nam quod supra dictum est: Opprobrium: hoc repetitum est: subsannatio et irrisio: et quod supra dictum est: vicinis nostris: hoc repetitum est eis qui in circuitu nostro sunt. Proinde enim bierusalem terrena vicini: et qui in circuitu gentis ei: utique alie gentes intelligunt: enim autem bierusalem liberam matrem nostram vicini sunt: et in circuitu eius inter quos inimicos suos habitat ecclesia in circuitu orbis terrarum. Beinde iam manifesta precem fundens: unde intelligat superioris afflictionis come-

Psalmus

Alia lra. **t accendef.** moratio nō esse quasi indicatio sed deplo-
ratio. **V**isq[ue]o: inquit: dñe irasceris
in fine: exardescet velut ignis zel⁹
tuus: Rogat vtq[ue] ne deus vlg[ue] in finem
irascat: id est ne illa tanta pressura et tribu-
lacio atq[ue] vastatio vlg[ue] in finem p[ro]seueret: si
tempet correctionē suam: fm illud quod i
alio psalmo dicitur: Libabis nos pane la-
chrymarū: et potabis nos in lachrymis in
mensura. Nam quousq[ue] dñe irasceris in fi-
ne: ita dictū ē: ac si diceref: Holi dñe irasci
i finē. Et in eo qd sequit: Exardescet velut
ignis zelus tuus: vtq[ue] subaudiendū est:
et quousq[ue]: et in finē: ac si diceref: Quousq[ue]
exardescet velut ignis zelus tuus: In finē:
Nam ita hic duo ista subaudienda sunt: si
cū supius vnū illud qd dictū ē: posuerūt.
Nam cū habeat prior sententia: Posuerunt
morticina seruorū tuorū escas volatilibus
celi: hoc verbū posterior nō habet: ybi di-
ctū est: Carnes sanctorū tuorū bestijs terre:
sed subauditū vtq[ue] quod habet supius: po-
suerunt. Ira porro et zelus dei: nō sunt per
turbatiōes dei: sicut nōnulli scripturas q̄s
non intelligunt arguūt: sed nomine ire in-
telligit vindicta iniquitat: nomine zeli ex-
actio castitatis: ne anima legez dñi sui cō-
temnat: et a deo suo fornicando dispereat.
Hec ergo ipo affectu in hominū afflictioē
sunt turbulēta: in dei autē dispositione trā-
quilla sunt: cui dictum est: Tu autē domie
virtutū cum tranquillitate iudicas. Satis
autē ostendit his verbis ppter peccata ho-
minib⁹ lic⁹ fidelibus bas fieri tribulatiōes:
q̄uis hinc florescat martyru gloria merito
patientie: et pie sustentato in flagello domi-
ni moderamine discipline. Hoc machabei
inter seuā tornēta: hoc tres viri inter noxi-
as flāmas: hoc pphete sancti in captiuita-
te testant. Q̄uis eīn paternam correctio-
nem fortissime et piissime ptulerūt: nō tamē
tacēt hec accidere meritis peccatorū. Ho-
rum enim vox est: et in psalmis: Emēdans
emendauit me domin⁹: et morti non tradi-
dit me. Flagellat enim omnē filium quē re-
cipit. Et quis est filius cui nō det discipli-
nam pater ei⁹: Qd vo adiungit. **E**ffun-
de iram tuam in gentes que te non
nouerūt: et in regna que nō inuoca-
uerunt nome tuum. Etia ista ppheta-
tio est: nō optatio: nō maliuolētie voto ista
dicunt: sed spiritu p[ro]uisa predicunt: sicut de
Juda traditore: que mala illi fuerant pro

LXXXVIII.

suis meritis euentura: ita ppheta sunt: q̄
s optata sunt. **N**e admodum em ppheta
non imperat christo: q̄uis modo impatiuo
pnunciet qd dicit: Accingere gladio tuo
circa semur potentissime: Specie tua et pul-
chritudine tua: et intende et pspere procede
et regna. Ita nō optat: sed ppheta qui di-
cit: Effunde iram tuā in gentes q̄ te nō co-
gnoverūt: qd more suo repetit dicēs: Et in
regna que non inuocauerūt nomen tuum.
Nam gentes p regna repetite sunt: et quod
eum nō nouerunt: per hoc repetitum est: q̄
non inuocauerunt nomen eius. **Q**uomō
ergo intelligendū est: quod ait dominus in
euangelio: Seru⁹ qui nescit voluntatē do-
mini sui et fac̄ digna: plagi vapulabit pau-
cis. Seruus autē qui scit voluntatem domi-
ni sui et fac̄ indigna: plagi vapulabit mul-
tis: Si maior ira dei est in gentes q̄ domi-
num non cognoverūt: In eo quippe quod
ait: Effunde iram tuā: satis hoc verbo indi-
cavit q̄ multā ira voluerit intelligi: vnde
postea dicit: Redde vicinis nostris septi-
es tm̄. An quia multū interest inter seruos
qui lic⁹ nesciant voluntatem domini sui: ta-
men inuocant nomē eius: et alienos a fami-
lia tanti patrisfamilias: qui sic ignorant ut
nec inuocent deum: Inuocant enim pro
eo vel simulachra: vel demonia: vel quāli-
bet creaturā: non creatorem qui est benedi-
ctus in secula. Neq[ue]s enim istos de quibus
hoc ppheta: ita nescientes: significat sui dñi
voluntatē: vt tñ ipm dñm timeant: s[ed] ita ipm
dñm nescientes vt nec inuocēt eū et inimici
nomis ei⁹ existat. Multū q̄ distat inter ser-
uos voluntatem domini sui nescientes: et ta-
men in familia eius atq[ue] in domo viuētes:
et inimicos non solum ipm dominū scire no-
lentes: sed et nomen eius non inuocantes:
atq[ue] in seruis suis insup oppugnātes. Be-
nig⁹ sequit. **Q**uia comedērūt Ja-
cob: et locum eius desolauerūt. Ja-
cob quippe figurā gestat eccle: sicut Esau
veteris synagoge. **E**nde dicit⁹ ē: Maior
seruiet minor: potest in hoc nomine intelli-
gia ea de q̄ loqbamur hereditas dei in quā
inuadendā atq[ue] vastandā post resurrecti-
onē et ascensionē dñi gentes psequēdo ve-
nerunt. Sed locū Jacob quo intucamur:
intelligendū est. **M**agis em locus Jacob
illa ciuitas putari p[ot] in q̄ erat et templū: q̄
vniuersam illā gentē sacrificandi et adorā-
di causa: et pascha celebrādi dñs p[re]ceperat

Psalmus

cōuenire. **N**ā si christianoꝝ cōuentus inhibitos atq; cōpressoꝝ a psecutoribꝫ pp̄beta vellet intelligi: loca desolata videret dice re debuisse nō locū. **S**ed possum⁹ accipe p numero p̄lali: numerū singularē positū: sic vestē p̄ vestibꝫ: militē p̄ militibꝫ: pecus p̄ pecoribꝫ. **M**ulta eīm hmōi moris est dici: nec solū vulgo loquētū: verū etiā dissimilatoꝝ auctor̄ eloquētīe: nec ab ip̄a diuina scriptura hoc genus locutōnis alienū est. **P**osuit eīm t̄ ip̄am ranā p̄ ranis: locustā p̄ locustis: t̄ innumerabilia talia. **Q**d̄ vō dīctū ē: comedērūt Jacob: hoc bñ intelligit: qd̄ multos in suū malignū corp⁹: hoc est in suā societatē terrēdo trāsire coegerūt. **N**e minit sane q̄uis illis p̄ merito pessime volūtatis ex ira dei digna reddenda sunt: non tñ eos aliquid aduersus hereditatē ei⁹ valere potuisset: nisi eā voluisset: ip̄e p̄ peccatis ei⁹ flagellando emēdare. **V**n̄ subiūgit.

Ne memineris iniūtitū nostrū rū antiquarū: **N**ō aut pteritarū q̄ possent esse etiā recētores: sed antiquarū: b̄ ē a p̄nti b̄ veniētū. **L**alibꝫ quippe iniūtitibꝫ dānatio nō correptio debetur. **C**ito anticipet nos misericordie tue: **A**nticipet utiq; ad iudiciū tuū: superaltat enī miscdiam iudicio. **J**udiciū aut̄ sine miscdiam: s; ei qui nō fecit miscdiam. **Q**d̄ aut̄ adiungit. **Q**ui a paupes facti sum⁹ nimis. **H**oc vult intelligi anticipare nos miscdias dei: vt noſtra paupetas: id ē infirmitas eo miserante adiuuetur ad ei⁹ p̄cepta faciēda: ne ad iudiciū ei⁹ dānādi veniamus. **I**deo sequit.

Adiuua nos deus salutaris nr̄: **H**oc vō quod ait: salutaris noster: satis exponit quā voluerit paupertatē i eo qd̄ direrat: qm̄ paupes facti sum⁹ nimis. **I**p̄a ē q̄ppe infirmitas: cui salutaris ē necessari⁹. **C**ū vero adiuuari nos vult: nec ingratis est gre: nec tollit liberū arbitriū. **Q**ui eīm adiuuat: etiā p̄ seip̄m aliqd agit. **A**ddidit etiā: **E**t propter gl̄iꝫ nomis tui dñe libera nos. **C**at qui gloriat: nō in seip̄o: sed in dño gl̄ief. **E**t pp̄iti⁹ esto: inqt̄: peccatis nr̄is ppter nomen tuū: nō ppter nos. **N**ā qd̄ aliud merent p̄cīa nr̄a: q̄ debitū et digna supplicia: **G**z pp̄iti⁹ esto peccatis nr̄is ppter nomen tuū. **H**ic ergo nos liberas: id ē eruis a malis cū adiuuas nos ad faciēdā iusticiā: et pp̄iti⁹ es peccatis nr̄is: sine quibꝫ in hac vita nō sum⁹: qm̄ nō iustificabit i cōspectu tuo ois viuēs. **P**eccatū aūt̄ iniūtas ē. **E**t si iniūtas obseruaberis:

LXXVIII.

q̄s sustiebit: **O**r̄ aūt̄ adiūgit. **N**e qñ dicāt **A**lfā. **G**ētes vbi ē de⁹ eoz. **M**agis p̄ ip̄is genibꝫ ē accipiēdū. **M**ale. n. p̄cūt q̄ de deo verō disputauerūt: putātes eū vel nō esse: v̄l suos nō adiuuare: nec eis eē pp̄itiū. **I**lud vero qd̄ sequit. **E**t inotescat i na tiōibꝫ corā oclis nr̄is: **V**indicta sa **A**lia līa. **G**uinus huoz uioz q̄ effusus est. **V**il sic intelligit cū credūt in deū verū qui p̄se quebanꝫ eius hereditatē: qr̄ t̄ ip̄a vindicta est q̄ perimis seuia iniqtas eoz gladio verbī dei: de quo dictū est: **A**ccigere gladio tuo: vel cū p̄seuerātes inimici in fine puniunt. **N**ā mala corporalia q̄ in b̄ seculo patiunt̄ cōmūnia possunt h̄c cū bonis. **E**st aliud vīdictē gen⁹ q̄ ecclie dilatationē t̄ fecūditatē in b̄ seculo post tātas p̄secutiōes: quibꝫ eā oīno p̄turā putabāt peccator̄ et incredul⁹ t̄ inimic⁹ videt t̄ irascer̄: dētibus suis frenet t̄ talescer̄. **Q**uis eīm negare audeat hāc etiā esse grauissimā penā: **S**ed nescio vtrū sans eleganter accipiat qd̄ ait: ante oculos nr̄os. **S**i hoc bñ gen⁹ intelligam⁹ qd̄ i int̄mis cordis agit: t̄ torquet illos q̄ nob̄ adūlāter arrident: nec a nobis viden pōt qd̄ in homie interiore patiant̄. **I**llud aut̄ qd̄ siue eis credētibus iniqtas eoz interinif: siue i malignitate p̄seuerantibꝫ suppliciū nouissimū reddit: sine scrupulo q̄stionis intelligit dictū: innotescat ante oculos nostros vindicta in natōibꝫ. **E**t hec quidē vt dixim⁹ pp̄betatio est: nō optatio. **S**ed ppter illud qd̄ scriptum est in Apocalypsi: iub̄ ara dei martyres ad deū clamare t̄ dicere: **Q**uo usq; dñe nō vindicas sanguinē nostrū: nō ē ptereuū quēadmodū accipi oporteat: ne ppter exaturandū odiū: credant sancti desiderare vindictā: qd̄ ab eorū p̄fectione longe abest: t̄ tamen scriptū est: Letabit iustus cū viderit vindictā impior̄: man⁹ suas lauabit in sanguine peccatoris: **E**t apl̄s ait: **N**ō vosip̄os vindicātes carissimū: sed date locū ire: **S**criptū est eīm: **N**ibi vindictā t̄ ego retribūā dicit dñs. **A**ec ip̄e itaq; p̄cepit vt noluit vindicari: sed vt nō seip̄i vindicantes dent locū ire dei qui dirit: **N**ibi vindictā t̄ ego retribūā. **E**t dñs i euāgelio viduāl p̄ponit in similitudinē que vindicari desiderās: iudicē interpellabat iniustū: q̄ eam tandem aliqui nō iusticia ductus: sed te dio victus audiuit. **H**oc aut̄ dñs p̄posuit: vt ostēderet multomagis deū iustū cito facturū iudicis electorum suorū qui ad illuz clamant die t̄ nocte. **I**nde est t̄ ille sub ara

Psalmus

dei martyrum clamor: ut dei iudicio vindicent. **U**bi est ergo illud: **B**elligite inimicos vestros: bñ facite eis qui vos oderunt: et orate pro eis qui vos psequuntur. **U**bi est et illud: **N**on reddetis malum pro malo: nec maledictum pro maledicto: et nulli malum pro malo reddentes. **S**i enim malum pro malo non est cuique redendum: non solum factum malum pro facto malo: sed nec votum malum redendum est pro facto vel voto malo. **R**eddit autem malum votum qui etiam si non ipse vindicat: tamē ut eius inimici de puniat expectat atque optat. **Q**uapropter et homo iustus: et homo malus de inimicis suis velit a domino vindicari: unde discernuntur: nisi quod iustus magis cupit inimicum suum corrigit quam puniri. **E**t cum in eum videt a domino vindicari: non eius delectat pena: quia non eum odit: sed diuina iusticia: quia deum diligit. **V**enigz si in hoc seculo in eum vindicatur: vel pro illo etiam letatur si corrigitur: vel certe pro aliis ut eum timeant imitari: ipse quoque fit melior: non supplicio illius odia sua pascendo: sed errata emendando: ac per hoc de benivolētia est non de malitia quod letat iustum cuius videt vindictā: et manus suas lauat: id est opera misericordia efficit in sanguine: hoc est in exitio peccatorum sumēs inde non mali alieni gaudium: sed diuine admonitionis exemplum. **S**i autem in futuro seculo ultimo dei iudicio vindicatur: hoc ei placet quod deo: ne bene sit malis: ne pioz pmijs etiam impie pfruāt quod recti in iustū sit: et a regula veritatis quam iustus diligit alienum. **C**um enim nos ad diligēdos inimicos dñis hortaretur: exemplum pposuit patris nostri qui in celis est: qui facit sole suū orbi super bonos et malos: et pluit super iustos et iustos: nūquid tñ ideo ut temporalibz correctionibz non emēdat: vel prūnaciter durros in fine non damnat? **G**ic ergo inimicus diligat ut non displiceat dñi iusticia qua punitur: et sic placeat iusticia qua punitur ut non de malo eius: sed de bono iudice gaudet. **M**aliuolus enim animo contristat si eius inimicus correctus euaserit penam: et cum puniri eum videt: vindicari ita se gaudet ut non iusticia dei quem non diligit: sed illius quem odit miseria delectat: et cum deo dimittit iudicium ut plō noceat deo quam ipse nocere possit exceptat: Et cum dat cibū esuriēti inimico potius sifienti: maliciose sapit quod scriptum est: **H**oc enim faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. **A**git enim ut amplius aggrauet et ei excutet indignationē dei quam carbonibus ignis significari putat: non intelligens

LXXVIII.

illū ignē esse penitentie videntē dolore: quo usq; caput erectum supbia bñficijs inimici ad humilitatē salubrē deponat: et in bono illius huius malū vincit. **V**nde apostolus vigilanter adiūrit: **N**oli vinci a malo: sed vinci in bono malū. **Q**uod autē potest vincere in bono malū in superficie bonus: et in abdito malus: qui ope parcit: corde sevit: manu mitis: voluntate crudelis. **G**ic ergo specie poscentis in hoc psalmo futura in impios vindicta prophetat: ut intelligamus sanctos homines dei suos inimicos dilexisse: nec cuique voluisse nisi bonū quod est pietas in hoc seculo eternitas in futuro. **I**n penis autem malorum non malis eorum: sed dei bonis iudicij suis delectatos: **E**t vobisque in scripturis sanctis leguntur in homines odia eorum: odia fuisse viciorum: que ipse etiam viri quisque hominum odire oportet in se si diligat se. **I**am vero quod sequit. **I**ntret in conspectu tuum: **C**el sicut alii codices habent: In conspectu tuo gemitus cōpeditorum. **N**on facile quisque repperit coiectos in cōpedes a persecutoribus sanctos: et si accidit in tam magna atque multiplici varietate penarum: tam raro accidit ut non sit credendum ibi in isto versus quod cōmemoraret potissimum elegisse prophetam: sed nimis cōpedes sunt infirmitas et corruptibilitas corporis que agrauat animam. **P**er enim fragilitatem velut quorundam dolorum molestiarumque materialia ad impietatem poterat cōpellere persecutor. **A**b his cōpedibus cōcupiscebat dissolui aplūs et esse cum christo: manere autem in carne necessariū propter illos quibus euangeliū ministrabat. **D**onec ergo corruptibile hoc induat immortalitatē velut cōpedibus caro infirma promptū impedit spiritū. **H**os ergo cōpedes non sentiunt: nisi qui in semetipis ingemiscunt grauati: habitaculum quod de celo est superindui cupientes: quod et mors horror est: et merori vita mortalvis. **P**ro his ppba gemitis ingemit: ut intret in conspectu dei gemitū cōpeditorum. **D**ossunt et illi intelligi cōpediti quod pceptis sapientie colligati sunt: que patienter sustentata in ornamenti vertuntur. **V**nde scriptum est: Vnius pede tuū in cōpedes eius. **C**edam magnitudine: inquit: brachij tuū: recipe in adoptioz filios mortificatorū. **C**el sic in aliis codibus legit. **D**osside filios mortificatorū. **E**bi satis mihi video ostendisse scriptura: quis fuerit gemitus cōpeditorum: qui

Psalmus

A nomine christi psecutiones grauissimas
gtulerunt: que in isto psalmo aptissime ppe-
tant. In diversis enim passionib⁹ cōstituti
orabat p ecclesia ne infructuosus esset po-
steris sanguis illorū: vt dñica seges vñ ini-
mici eam putauerāt periturā inde veraci⁹
pollularet. Filios quippe mortificatorū di-
cit: qui nō solū non sunt territi pcedentium
passionib⁹: sed in eñ p cui⁹ nomine passos
eos nouerāt exhortāte illoꝝ gloria ad uni-
tandū accensi copiosissimus agminib⁹ cre-
diderūt: Ideo dixit: Scdm magnitudinez
brachij tui. Res em̄ tā magna secuta est in
pplis christianis: vt eam qui se aliquid pse-
quēdo pficere putabant: nullo mō crede-
rent secuturā. **R**edde: inq: vicinis
nostris septies tm̄ in sinuſ eorum.
Alia lra.
Et
ptupla in
u coiu.
Alia lra.
n proprietū
noꝝ.
Alia lra.
paue tue.
p
No mala optat: sed iusta pñuiciat: et futura
pphetat. Septenario aut̄ numero: id est se-
ptupla retributiōe pfectionē pene vult in-
telligi: qz isto numero plenitudo significari
solet: vñ et illud est i bonis: Accipiet i hoc
seculo septies tñ: qd̄ positū est p omnibus
quasi nihil habētes et oia possidētes. Vici-
nos dicit: qz int̄ illos habitat ecclesia vsc⁹
in diē separationis. Non em̄ mō fit discessio
corporalis. In sinuſ eorum dicit vtiꝝ nūc in
occultis: vt vindicta que in hac vita agit i
occulto: post innotescat in natiōib⁹ aī ocu-
los nostros. Homo nāqz cū dñk in repro-
bū sensum in interiore sinu accipit supplici-
orū meritū futuroꝝ. **O**pprobriu eorum
qd̄ exprobrauerūt tibi dñe. Hoc eis
reddet septupla in sinuſ eorum: id est pro isto
opprobrio eos in occultis eorum plenissime
reproba. Libi enim exprobrauerūt nomē
tuū se arbitrātes i seruis tuis dele te fra:
Nos aut̄ pplis tuis. Generaliter
acciendū de omni genere piorū et veroꝝ
christianorum. Nos ḡ quos pdere se posse
putauerūt plis tuis. **E**t oues gregis
tui: Ut qui gloria in dño gloriet. **O**fi-
tebimur tibi in seculū: Alij aut̄ codi-
ces habent. **O**fiitebimur tibi in ete-
ritū. Ex ambiguo greco facta est ista diuer-
sitas. Qd̄ enī habet grec⁹ εἰσ τὸν αἰώνα
et in eternū et in seculū interpretari pot: si pro
loco intelligendū quid melius interpreta-
ti sit. Sensus ergo hui⁹ loci magis mibi vi-
det ostēdere: in seculū dici oportere: id est
vsc⁹ in fine seculi. Sequēs aut̄ versus mo-
re scripturarū: maximeqz psalmoꝝ repeti-
tio supioris est ordine cōmutato: p̄us ha-
bens qd̄ ibi est posteri⁹: et posterius qd̄ ibi

LXXIX.

est p̄us. **N**ā qd̄ ibi dictū est: **O**fiitebimur ti-
bi: pro ipo hic dictum est: Annūciabimus
laudem tuam. Qd̄ itaqz ibi dictū est: in se-
culū: pro ipo hic dictū est: in generationē.
Ita quidē generatiōis repetitio ppetuita
tem significat: siue vt nōnulli intelligit: qz
due sunt generatiōes vetus et noua: sed in
hoc fit seculo vtraqz: qm̄ qui non renatus
fuerit ex aqua et spiritu nō intrabit in regnū
celorū. Beinde quia i isto seculo annūciat
laus dei: nam in futuro seculo cum vide-
bimus eum secuti est: cui deinceps annūci-
etur nō erit. **H**os ergo populus tu⁹: et oues
gregis tui: quas pseqndo illi crediderūt se
posse cōsumere: **O**fiitebimur tibi in seculū
pmanente vtiꝝ ecclesia vsc⁹ in finem quā
illi delere conati sunt. **I**n generatio-
nem et generationē: annūciabim⁹
laudem tuā. Que laus vt tacereſ nos fi-
nire conati sunt. **M**ultis aut̄ iam locis san-
ctarū scripturarū insinuauim⁹ cōfessionem
etia pro laude pont: sicuti est illid: hec dice-
tis in cōfessione: opa domini vniuersa: qm̄
bona valde: maximeqz illid: qd̄ ait ip̄e salua-
tor: qui nullū habebat oīno peccatū qd̄ pe-
nitendo confiteret: **O**fiiteor tibi pater do-
mine celi et terre: qz abscondisti hec a sapien-
tibus: et reuelasti ea paruulis. **H**oc dixi: vt
aptius intelligat: idē esse repetitū in eo qd̄
dictū est: Annūciabim⁹ laudem tuam: qd̄
supius dictū erat: cōfitebimur tibi.

Eplicit Tractatus de ps. LXXVIII.

Incipit Tractatus de ps. LXXIX.

On adeo multa sunt in hoc psal-
Nmo in quib⁹ sermo nř patiat diffi-
cultatem vel intentio auditorū in-
telligendi impedimentum. Proinde adiu-
uante domino cum affectu audiendi et vi-
dendi iam que pphetata et predicata sunt:
tanqz erudit in schola christi currere debe-
mus que plana sunt: vt si forte obscura exi-
gunt officium interptandi ea que plana sūt
legendi officium a me debeat flagitare.
Cantatur hic de aduentu domini et salua-
toris nostri Iesu christi: et de vinea eius: si
cantat ille asaph quātum appetet illumina-
tus atqz correctus: cuius nomine nostis si-
gnificari synagogam. Beniqz titulus psal-
mi est. **I**n finem pro his qui immi-
tabuntur. Utqz i melius. **Q**uoniā chri-
stus finis legis ideo venit: vt imutet in me-
lius: et ait: testimoniu ipsius asaph: bonuz
testimoniu veritatis. Beniqz b testimoniu
et christum et vineam constitut: hoc est ca-